



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Gabellas solvere

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

carius pauperibus vendunt. Et tandem, quia tales gabellæ minutim, & veluti infeasibiliter solvuntur, minoraque habent murmura, & minora incommoda, quam in censu capitis, aut patrimonii, nam in æstimatione patrimonii interveniunt ostia, depravata iudicia, &c. multi etiam exactores sunt necessarii, quorum stipendiis crescit tributum. Leges in contrarium citatas Turrianus ubi supra ait mutari posse, præsertim quod gabellas imponunt Principes, & Magistratus habentes onerum, & mistum Imperium. Ad illud de oppressionem pauperum, patet ex dictis. Ad illud de peregrinis responderetur, quod Peregrini in nostris laboribus solvantur, compensari cum eo, quod nostri solvunt in suis. Ita Malderus in 2. tractat. 5. cap. 6. dub. 6. part. 1. sr. 11. resolut. 38. & part. 1. tr. 17. res. 28.

Si vires Regni sufficiunt.

6 Ex parte causæ formalis gabella iusta est, si imponatur cum proportione non solum vasallorum inter se, ut mox num. præcedent. dictum est: sed etiam absolute ad vires Regni. par. 1. tractat. 3. resolut. 2. nam posita etiam necessitate, & causa iusta in aliis generibus, si vires Regni non sufficiunt, gabella iniuste imponitur. Ibid. resolut. 9. Immo si vasalli sint multum onerati, Rex non solum non debet novum tributum exigere, novaque gabellas imponere; sed etiam antiquas minuere, & suspendere gratias, & pensiones etiam in remunerationem concessas: nam hæc concedi solent, & debent cum conditione,

Etiamsi o. d. v. a. par. tem valo. ris, ip. s. a. u. rerum ex. cedat.

quamdiu Regnum solvere poterit. Ita Aponte de potest. pror. tit. 5. num. 21. & sequent. Ibid. resolut. 14. Dubitat præterea Corlectus in propugn. vestig. serici, an gabella excedens octavam partem valoris rei, propter l. ex protestatione, Cod. de vestig. sit iusta. Sed, si ad sint cætera requisita puto dictam legem non obstat: tum quia non obligat, nisi in Regnis nunc subiectis Imperatori, ut docet Suarez de leg. lib. 5. cap. 16. num. 5. tum etiam quia per contrarium usum abrogata fuit. Vide Malder. ubi sup. dub. 5. part. 2. res. 133 §. Quæ ad secundum. Summa Diana.

7 Denique iustitia ex parte causæ si nulla est, quod gabella imponatur ob publicam utilitatem, & in necessitate communi. Ita Turrianus in 2. 2. tom. 2. nisi ob necessitatem, part. 1. tractat. 3. resolut. 2. Publica necessitas dicitur etiam necessitas Regis, nam hæc quoque vergit in perniciem totius Regni, etiam si in illam sua culpa redactus sit, ut propter ludam, largitiones immoderatas, bella iniusta, vel quid simile, in quibus proinde casibus gabella pro sublevanda Regis miseria iuste imponitur, ut docent Neoterici communiter. Nisi quod Lefsius lib. 1. cap. 33. dub. 6. num. 48. advertit, in his casibus debere Reges a prodigalitatibus, & sumptibus parum necessariis abstinere. Ibidem resolut. 4. Publica item necessitas dicenda est bellum, quod Rex patitur in aliis Regnis: nam si hæc debellatur, periclitabitur quoque nostrum: quia inimici despecta, ut potè dominura, Regis maiestate, ad auferendum omnia ab eo Regna animum applicabunt. Quare bonum est nobis, ait Vasq. de restit. cap. 6. §. 3. dub. 1. n. 7. inimicos nostris sumptibus alibi profligari, aut saltem detineri, & nos interim pace gaudere, quam illos domi in fensos habere. Indecorum autem esset Regi maiestati, ac contra legitima regna iura quod Rex unico contentus Regno, alia, quæ iusto possidet titulo, ab aliis usurpada relinqueret. Sed hæc omnia procedunt de iure communi, & nisi obstant leges municipales alicuius Regni, ut obstat in Regno Siciliae, ut dicemus infra Verbo, Parlamentum, n. 5. Ibid. resolutione 5.

Sed nulla gabella imponi debet, nisi ob necessitatem publicam. Vel etiam ipsius Regis. Etiam culpabilis.

Et ob bellum passum in aliis Regnis.

Ubi non obstant iura municipalia.

GABELLAS

Soluere.

8 ¶ Gabellas soluere tenentur vasalli, & subditi imponentiū, non tenentur nisi sint privilegiati. Et verò non tenentur Clerici, etiam in minoribus, etiam consueti. Ita Molina tom. 3. tra. 2. surati.

C c c

Et. 2. surati.

Etiā in fraudem gabellarū.

Tit. 2. disput. 270. num. 5. contra Angles num. 4. tom. 5. difficult. 5. (& etiā si in fraudem collectarum habitum sumptuatur, animo non Clericandi, vt tenet Durandus in Bull. Coen. can. 18. quest. 7. num. 7. tom. 2. quest. 1. tractat. 2. resolutio. 4. 4. Id quod procedit de iure communi, nam in aliquibus Regnis Clerici minores beneficium actū non possidentes, soluent gabellas ex consuetudine: contra quam infurgit Garcias de benefico tom. 1. part. 3. cap. 3. a num. 1. & alii, part. 1. tractat. 2. resolut. 36. & part. 4. tractat. 1. resolut. 20. Procedit etiā conclusio, quamvis Clerici non habeant requisita Tridentini, de quibus verb. Clericus a num. 2. vt dicemus verb. Immunitas Ecclesiastica. Et quidem tam de bonis Ecclesiasticis, quam de patrimonialibus, legatis, donatis, &c. quæ possident vt domini temporales exceptis certis casibus, vt supr. num. 2. & 3. Imò etiā de rebus, quas ipsi consumunt, quamvis dominium sit penes alios: Vnde emens victualia pro filio Clerico, vel Capellano familiae, non tenetur soluere gabellas: sic practicitur in nostra Sicilia, & docent multi DD. contra Sach. in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 54. num. 2. part. 4. tractat. 4. resolut. 175.

Etiā ea venes requisitis Tridentini.

9 Tenentur nihilominus Clerici, & in universum Ecclesiastici soluere gabellas impostas in perpetuum, & invariabiliter super illorum bonis priusquā ad illos pervenissent. part. 1. tract. 2. resolut. 43. in fine. Non est tamen admittendus Driedo de liber. Christ. 2. cap. 3. dicens, quod prædia omnia transeunt ad Ecclesiam cum onere tributorum. Imò probabiliter etiā docuerunt Guevara in prop. liber. Eccl. asser. 1 §. 6. num. 27. Alban. de immun. & alii, Ecclesiasticos nec ad onera perpetua, & invariabilia tenent: nam collecta est onus missum l. reser. §. fin. de muner. & bon. & quantum ad obligationem est personale. licet quoad quantitatem sit reale. Et distinctionem de collectis certis, & invariabilibus, & incertis, variabilibus non procedere, quando onus soluendum imponitur in futurum per statutum vade Pesantius

Etiā de bonis, quæ consumunt, absque dominio.

10 Deinde gabellas soluere non tenentur Clericorum filii, aut Squillante de priu. cler. o. 8. dub. 1. n. 13. legitimi tamē, & viuentē patre p. 3. tr. 1. res. 7. & Tertio eximantur ab hoc onere Religiosi tam regulares, quā milites

Et secundū aliquos etiā de bonis, quæ antequam ad illos pervenissent fuerunt onerata in perpetuum & invariabiliter.

Religiosi sive Regulares, sive Milites. Etiam uxorati. Item non tenentur filii Clericorum. *11* Tertio eximantur ab hoc onere Religiosi tam regulares, quā milites S. Iohannis, & S. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Montesa. (item S. Stephani, & S. Lazari part. 3. tract. 1. resol. 5. Notandum, Etiam nobis de potest. Episc. part. 2. alleg. 13. nu. 14. Etiam no part. 1. tractat. 2. res. 50. Et quidem S. Joannis, etiam ij, qui ferunt mediam cruce albam, & uxorem ducunt, secundū Riccium, tom. 6. resolut. 177 n. 3 part. 3. tractat. 1. resolut. 51. Item omnium harum Religionum novitii, vt declaravit S. Congregatio apud eundem ibidem part. 3. tractat. 2. resolutio 30. §. Quarto part. 4. tract. 1. resolut. 36. & antea in part. 1. tract. 2. res. 38.

de immun. disputat. 7. monet in impositione talium collectarum impetrari cōcessionem Summi Pontificis. Quæ etiā procedunt de bonis patrimonialibus Clericorum; nam si hæc descripta repertantur in extimo, non transeunt ad ipsos cum hoc onere. Ita Grassus de off. cler. off. 3. a num. 362. part. 3. tractat. 1. resolut. 17. Tenetur verò gabellas soluere Clericus negotiator, postquam ter admonitus à negatione non desistit, ut dicemus verb. Negotiari. Nota autem hic, quod si Clericus conducat agros alienos, vt pceptos ex eis fructus vendit, tenetur soluere gabellam, quia licet hæc non sit propria negotiatio, est tamen expressè Clericis interdicta caus. 21. quest. 3. can. 1. & 3. Et sic tenet Bonac. tom. 2. de reser. disputat. 2. quest. 9. punct. 2. num. 4. licet contrariam sententiam vt probabilem admittat Trullench in dec. tom. 2. lib. 7. o. 12. dub. 5. num. 14. part. 6. tr. 7. resolutio 11. Si autem Clericus fructus suos aliò transportaret, vt carius venderet, non teneretur gabellas soluere. Macabrun. conf. 18. n. 24. par. 6. tr. 8. res. 4. §. Et tandem.

Tenetur verò Clericus negotiator post trinam monitionē.

Item non tenentur filii Clericorum.

Religiosi sive Regulares, sive Milites. Etiam uxorati.

10 Deinde gabellas soluere non tenentur Clericorum filii, aut Squillante de priu. cler. o. 8. dub. 1. n. 13. legitimi tamē, & viuentē patre p. 3. tr. 1. res. 7. & Tertio eximantur ab hoc onere Religiosi tam regulares, quā milites S. Iohannis, & S. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Montesa. (item S. Stephani, & S. Lazari part. 3. tract. 1. resol. 5. Notandum, Etiam nobis de potest. Episc. part. 2. alleg. 13. nu. 14. Etiam no part. 1. tractat. 2. res. 50. Et quidem S. Joannis, etiam ij, qui ferunt mediam cruce albam, & uxorem ducunt, secundū Riccium, tom. 6. resolut. 177 n. 3 part. 3. tractat. 1. resolut. 51. Item omnium harum Religionum novitii, vt declaravit S. Congregatio apud eundem ibidem part. 3. tractat. 2. resolutio 30. §. Quarto part. 4. tract. 1. resolut. 36. & antea in part. 1. tract. 2. res. 38.

Item hospites Clericorum Regulæ rium habitum Religionis proximè susceptri, quia largo modo dicuntur novitii.

Etiam riu uxore.

vicii, & gaudent privilegiis fori, & canonis tanquam personæ Ecclesiasticæ, *part. 6. tr. ref. 7.* Et secundum Barb. *ubi sup. num. 15.* gaudent etiam vxores viduæ supradictorum Equitum, *p. 3. tr. 1. ref. 45. in fin.*

Item mulieraster-
tiaria,
vulgò, Bizocche,
zocche.
12. Quartò eximantur mulieres tertiarie D. Francisci vulgò Bizocche, etiam in suis domibus habitantes, si castam & cælibem vitam ducunt. Ita novissimè Squillante *cap. 7. dub. 1. numero. 42. part. 4. tractat. 1. resolutione 31. §. Notandum.*

Item coloni
partiarie
Ecclesiasticorum.
13. Quotò coloni partiarie Religiosorum, & Ecclesiasticorum. Ita Abbas *lib. 1. conf. 9. n. 2. & Peyrin. tom. 1. constitut. 2. l. 11. §. 33. n. 142.* Et patet ex Bulla Pij V. eximenter datis, gabellis, &c. non solum personas Ecclesiasticas, & eorum bona, sed etiam laboratores, colonos, arrendarios, affluarios, suorumque negotiorum gestores. Quod præsertim procedit, quando colonus cum Ecclesia ab initio pactus esset, de gaudenda exemptione pro parte sibi comperitura, vt docet Maccabrunus *conf. 18. num. 39.* Concedi tamen posset cum Filliucio *tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 302.* quòd Ecclesiasticorum coloni teneantur soluere gabellas in asportatione fructuum de loco ad locum: gabellam verò vulgò dictam *del fiore* nullo pacto, quia cum hæc gabella taxatur, fructus sunt adhuc affixi solo Ecclesiastico, *p. 3. tr. 1. ref. 19.*

Es eorum
emphyteu-
ta.
14. Sextò, emphyteuta Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum non tenentur soluere gabellas pro re emphyteutica. Ita probabiliter Felician. de Solis *de cons. tom. 2. in addit. lib. 1. pres. num. 1.* contra Ronaldum *lib. 4. conf. 61. n. 14. & 15.* Idque ratione connexionis domini vtilis cum directo, quod iuribus, & DD. auctoritate firmatur in decisione Rotæ Romanæ coram Cardinali Mellino *die 28. Maii 1631.* apud Marinum *ref. quot. cap. 207.*

Abiq; po-
testate re-
dimendi.
15. Quàm opinionem in *part. 3. tractat. 1. resolut. 24.* probabilem iudicaverat. Sed hoc non procedit cum censuario Ecclesiæ, & eo, qui aliquod prædium

ab Ecclesia reciperet in censum emphyteuticum cum potestate redimendi, nam in hac forma contractus nullum dominium remanet penes Ecclesiam, aut personam privilegiatam, sed solum ius recipiendi annuam pensionem. *Resolut. 24. cit. §. Sed hoc.*

GABELLAS FRAVDARE.

15. **G**abellæ esse possunt aut evidenter iustæ, aut probabiliter, aut dubiæ dubio negativo, quia scilicet de illarum iustitia vel iniustitia nulla ratio probabilis redditur. Et quidem in hoc ultimo casu Molin. *de iust. tom. 3. tr. 2. disp. 274. num. 15.* docet fraudari posse: quia in dubio melior est conditio possidentis, & gabellæ novæ semper præsumuntur iniustæ. Donec contrarium constet: vnde in *cap. quamquam,* *Tam negat.* *de cons. in 6.* tributa regulariter dicuntur contrariam iuri canonico, & civili, & in *cap. peruenit,* *de cens.* ait Pontifex, prius cognosci debere census iustitiam, quàm solui. Neque verò præsumendum pro Rege, cum de illius interesse agitur. Sed Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 8. num. 64.* tenet fraudare non posse. *part. 4. tr. 3. ref. 39.*

16. Qui tamen *dub. 6. num. 67.* sine vilo scrupulo fraudari posse inquit, si de illarum iustitia adsint rationes vtrunque probabiles, & tunc esse veluti bellum inter Regem, & populum vtrunque iustum. Et in hoc sensu valere regulam iuris, *In dubio melior est conditio possidentis.* Contrarium docet Vasquez *de restit. cap. 6. §. 3. dub. 5. v. 78* ex dicto communi; *In dubio præsumendum pro superiore.* Vtraque sententia est probabilis, vtriusque rationes solvuntur. Primæ, dicendo: quod non sit par iustitia in tali bello, quia præponderat iustitia Principis iuste exigentis. Et conditionem possidentis esse meliorem ante, non post sententiam. Secundæ verò, dictum procedere in casu, in quo non agitur de interesse inferioris. Vide Azorium *p. 3. lib. 5. cap. 22.*

Ccc 27 quest.

Gabellæ aliqui docent fraudari posse, in dubio de illarum iustitia.

Tam negat.

Quàm positivum.